

# Anzeigebblatt

## für die Erzdiöcese Freiburg.

Nr. 19.

Mittwoch, den 24. Dezember

1890.

Die Bornahme einer Kirchencollecte am Feste der hl. drei Könige für die katholischen Missionen betr.

### VENERABILIS FRATER

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Catholicae Ecclesiae, quae omnes homines materna caritate complectitur, nihil fere antiquius fuit inde ab initio, ceu nosti, Venerabilis Frater, quam ut servitutem, quae misero iugo premebat mortalium quamplurimos, sublatam cerneret penitusque deletam. Sedula enim custos doctrinae Conditoris sui, qui per se Ipse et Apostolorum voce docuerat homines fraternam necessitudinem quae iungit universos, utpote eadem origine cretos, eodem pretio redemptos, ad eandem vocatos beatitatem aeternam, suscepit neglectam servorum causam ac strenua vindex libertatis extitit, etsi, prout res et tempora ferebant, sensim rem gereret ac temperate. Scilicet id praestitit prudentia et consilio constanter postulans quod intendebat religionis, iustitiae et humanitatis nomine; quo facto de nationum prosperitate cultuque civili meruit optime. — Neque aetatis decursu hoc Ecclesiae studium adserendi mancipia in libertatem elanguit; imo quo fructuosius erat in dies, eo flagrabat impensius. Quod certissima testantur monumenta historiae, quae eo nomine plures commendavit posteritati Decessores Nostros, quos inter praestant S. Gregorius Magnus, Hadrianus I., Alexander III., Innocentius III., Gregorius IX., Pius II., Leo X., Paulus III., Urbanus VIII., Benedictus XIV., Pius VII., Gregorius XVI., qui omnem curam et operam contulere, ut servitutis institutio, ubi vigeat, excideret, et caveretur ne unde exsecta fuerat, ibi eius germina reviviscerent.

Tantae laudis hereditas a Praedecessoribus tradita repudiari a Nobis non poterat: quare nulla praetermissa a Nobis occasio est, improbandi palam damnandique tetricam hanc servitutis pestem; ac data opera de ea re in litteris egimus, quas III Nonas Maias anno MDCCCLXXXVIII ad Episcopos Brasiliae dedimus, quibus gratulati sumus de iis, quae pro mancipiorum

Ehrwürdiger Bruder.

Gruß und apostolischen Segen.

Der katholischen Kirche, welche in mütterlicher Liebe alle Menschen umfaßt, hat, wie du, ehrwürdiger Bruder, ja auch weißt, von Anfang nichts mehr am Herzen gelegen, als die Sklaverei, welche als elendes Joch auf so vielen Menschen lastete, aufgehoben und gänzlich ausgerottet zu wissen. Als eifrige Hüterin der Lehre ihres Meisters, welcher selbst und durch den Mund der Apostel die Menschen gelehrt hatte, wie ein brüderliches Band sie Alle umschließe, als an Ursprung gleich, um denselben Preis erkaufte und zu derselben Seligkeit berufen, übernahm sie die verachtete Sache der Sklaven und zeigte sich als eifrige Vertheidigerin der Freiheit, wenn sie auch in Berücksichtigung von Zeit und Umständen allmählig und maßvoll vorging. Stets aber hat sie mit Klugheit und Ueberlegung die Forderungen der Religion, Gerechtigkeit und Menschlichkeit erhoben und dadurch um das Gedeihen der Völker und ihre Civilisation in höchstem Grade sich verdient gemacht.

Im Laufe der Zeit hat der Eifer der Kirche in der Hinaufführung der Sklaven zur Freiheit nicht nachgelassen, vielmehr, je größer der Erfolg war, wuchs er immer mehr. Dafür haben wir die unzweifelhaftesten Zeugnisse in der Geschichte, welche in dieser Beziehung eine größere Anzahl unserer Vorgänger für alle Zeiten berühmt gemacht hat, vor Allen den heil. Gregor den Großen, Hadrian I., Alexander III., Innocenz III., Gregor IX., Pius II., Leo X., Paul III., Urban VIII., Benedict XIV., Pius VII., Gregor XVI., die alles gethan haben, damit die Einrichtung der Sklaverei, wo sie bestand, ausgerottet werde und dort, wo sie ausgerottet war, sie nicht zu neuem Leben erstehe.

Dieser Uns von den Vorgängern überkommene Ruhm konnte von Uns nicht unberücksichtigt bleiben. Wir haben deshalb keine Gelegenheit versäumt, öffentlich jene schandwürdige Pest der Sklaverei zu mißbilligen und zu verurtheilen; auch haben Wir uns ausdrücklich darüber geäußert in dem Briefe, den Wir am 5. Mai 1888 an die Bischöfe Brasiliens richteten, denen Wir Glück wünschten für das, was sie mit rühmlichem Beispiel im privaten

libertate in ea regione gesta fuerant laudabili exemplo privatim et publice, simulque ostendimus quantopere servitus religioni et humanae dignitati adversetur. Equidem cum ea scriberemus, vehementer commovebamur eorum conditione qui dominio subduntur alieno, at multo acerbius affecti sumus narratione aerumnarum, quibus conflictantur incolae universi regionum quarumdam Africae interioris. Miserum sane et horrendum memoratu est, quod certis nunciis accepimus, fere quadringenta Afrorum millia, nullo aetatis ac sexus discrimine, quotannis abripi per vim e rusticis pagis, undecatenis vincti ac caesi verberibus longo itinere trahuntur ad fora, ubi pecudum instar promercalium exhibentur ac veneunt. — Quae cum testata essent ab iis qui viderunt, et a recentibus exploratoribus Africae aequinoctialis confirmata, desiderio incensi sumus opitulandi pro viribus miseris illis, levandique eorum calamitatem. Propterea, nulla interiecta mora, dilecto Filio Nostro Cardinali Carolo Martiali Lavigerie, cuius perspecta Nobis est alacritas ac zelus Apostolicus, curam demandavimus obeundi praecipuas Europae civitates, ut mercatus huius turpissimi ignominiam ostenderet, et Principum civiumque animos ad opem ferendam aerumnosae genti inclinaret. — Quam ob rem gratiae Nobis habendae sunt Christo Domino, gentium omnium Redemptori amatissimo, qui pro benignitate sua passus non est curas Nostras in irritum cedere, sed voluit esse quasi semen feraci creditum humo, quod laetam segetem pollicetur. Namque et Rectores populorum et Catholici ex toto terrarum orbe, omnes demum, quibus sancta sunt gentium et naturae iura, certarunt inquirere, qua potissimum ratione et ope conniti praestet, ut inhumanum illud commercium evellatur radicitus. Solemnis Conventus non ita pridem Bruxellis actus, quo Legati Principum Europae congressi sunt, ac recentior coetus privatorum virorum, qui eodem spectantes magno animo Lutetiam convenere, manifesto portendunt tanta vi et constantia Nigritarum causam defensum iri, quanta est ea qua premuntur aerumnarum moles. Quare oblatam iterum occasionem nolumus omittere, ut meritas agamus laudes et gratias Europae Principibus ceterisque bonae voluntatis hominibus, atque a summo Deo precamur enixe, ut eorum consiliis et orsis tanti operis prosperos dare velit eventus.

At vero praeter tuendae libertatis curam, gravior alia pressius attingit apostolicum ministerium Nostrum, quod Nos curare iubet, ut in Africae regionibus propagetur Evangelii doctrina, quae illarum incolas sedentes

und öffentlichen Leben für die Befreiung der Sklaven gethan; gleichzeitig zeigten Wir, wie sehr die Sklaverei der Religion und der menschlichen Würde widerspreche. Gewiß waren Wir, als Wir das schrieben, auf's Innigste bewegt wegen des Looses Derjenigen, welche unter fremder Willkür stehen, viel mehr schmerzten Uns aber noch die Berichte über die Leiden, unter welchen die gesammten Bewohner gewisser Theile Afrika's seufzen. Traurig und furchtbar ist es, sich daran zu erinnern, was Wir durch verschiedene Meldungen erfahren haben, daß an 400,000 Afrikaner ohne Unterschied des Alters und Geschlechtes jährlich aus den Dörfern geraubt werden, von wo sie dann in Ketten und unter Hieben auf einem weiten Wege zu den Märkten geschleppt und auf denen sie wie Stücke Vieh ausgestellt und verkauft werden.

Da dieses bezeugt worden war von Augenzeugen und bestätigt durch die neuen Erforscher des äquatorialen Afrika, so hat uns das brennende Verlangen ergriffen, im Verhältniß zu unsern Kräften jenen Armen zu helfen und ihr Unglück zu erleichtern. Wir haben also ohne Verzug Unserm geliebten Sohne, dem Cardinal Lavigerie, dessen Thatkraft und apostolischer Eifer uns bekannt war, aufgetragen, die Hauptstädte Europa's zu besuchen, dort die Schmach dieses schändlichen Handels zu schildern und Fürsten und Bürger zur Hilfeleistung für das bedrängte Volk zu bewegen. Darum müssen Wir Christus dem Herrn danken, dem liebeichsten Erlöser aller Völker, der es in seiner Güte nicht zuließ, daß Unsere Sorgen vergeblich seien, sondern wollte, daß sie ein Samen seien, fruchtbarem Boden anvertraut, der frohe Ernte verspricht. Haben ja die Herrscher der Völker und die Katholiken des ganzen Erdkreises, überhaupt Alle, denen das Völkerrecht und Naturrecht heilig ist, um die Wette nach Mitteln und Wegen gesucht, wie man am besten für die gründliche Ausrottung jenes unmenschlichen Handels wirken könne.

Die so eben beendete feierliche Brüsseler Konferenz, auf welcher die Vertreter der europäischen Fürsten zusammenkamen, und die neuere private Versammlung großherziger Männer in Paris zeigen auf das Deutlichste, daß die Sache der Neger mit solcher Kraft und Konsequenz wird vertreten werden, wie es der Schwere der Leiden entspricht, unter denen sie seufzen. Diese Gelegenheit wollen Wir deßhalb auch nicht vorüber lassen, ohne den Fürsten Europa's und den übrigen Menschen guten Willens das verdiente Lob und den schuldigen Dank zu spenden, und Wir bitten Gott inständig, er möge ihren Rathschlüssen und dem Beginn eines so großen Werkes einen guten Erfolg verleihen.

Neben der Sorge für die Freiheit geht aber eine andere ernstere Unser apostolisches Amt noch näher an, nämlich die Sorge für die Ausbreitung der Lehre des Evangeliums in Afrika, welche die in der Finsterniß des blinden Aberglaubens sitzenden Eingeborenen durch das

in tenebris, a caeca superstitione offusis, illustret divinae veritatis luce, per quam nobiscum fiant participes hereditatis Regni Dei. Id autem eo curamus enixius, quod illi, hac luce recepta, etiam humanae servitutis ab se jugum excutient. Ubi enim christiani mores legesque vigent, ubi religio sic homines instituit, ut iustitiam servant atque in honore habeant humanam dignitatem, ubi late spiritus manavit fraternae caritatis, quam Christus nos docuit, ibi neque servitus, nec feritas, neque barbaria extare potest; sed floret morum suavitas, et civili ornata cultu christiana libertas. — Plures iam Apostolici viri, quasi Christi milites antesignani adire regiones illas, ibique ad fratrum salutem non sudorem modo sed vitam ipsam profuderunt. Sed *messis quidem multa, operarii autem pauci*: quare opus est, ut alii quamplures eodem acti spiritu Dei, nulla verentes discrimina, incommoda et labores, ad eas regiones pergant, ubi probrosum illud commercium exercetur, allaturi illarum incolis doctrinam Christi verae libertati coniunctam. — Verum tanti operis aggressio copias flagitat eius amplitudini pares. Non enim sine ingenti sumptu prospici potest Missionariorum institutioni, longis itineribus, parandis aedibus, templis excitandis et instruendis, aliisque id genus necessariis, quae quidem impendia per aliquot annos sustinenda erunt, donec in iis locis ubi consederint evangelii praecones, suis se sumptibus tueri possint. Utinam Nobis vires suppeterent, quibus possemus hoc onus suscipere. At quum votis Nostris obsistant graves, in quibus versamur, rerum angustiae, te, Venerabilis Frater, aliosque sacrorum Antistites et Catholicos omnes paterna voce compellamus, et Vestrae eorumque caritati commendamus opus tam sanctum et salutare. Omnes enim participes eius optamus fieri, exigua licet collata stipe, ut dispartitum in plures onus levius cuique toleratu sit, atque ut in omnes effundatur gratia Christi, de cuius regni propugnatione agitur, eaque cunctis pacem, veniam peccatorum, et lectissima quaeque munera impertiat.

Propterea constituimus, ut quotannis, qua die in quibusque locis Epiphaniae Domini celebrantur mysteria, in subsidium memorati operis pecunia stipis instar corrogetur. Hanc autem solemnem diem prae ceteris elegimus quia, ut probe intelligis Venerabilis Frater, ea die Filius Dei primitus sese gentibus revelavit dum Magis videndum se praebuit, qui ideo a S. Leone Magno decessore Nostro scite dicti sunt *vocationis nostrae fidei-*

licht der göttlichen Wahrheit erleuchten und ihnen mit uns Antheil verschaffen soll an dem Erbe des Reiches Gottes. Um so größer ist aber dieses Unser Bemühen, damit sie nach Empfang dieses Lichtes auch das Joch menschlicher Sklaverei von sich abhütteln. Denn wo christliche Sitten und Gesetze herrschen, wo die Religion die Menschen so beseelt, daß sie die Gerechtigkeit achten und die menschliche Würde ehren, wo der Geist der brüderlichen Liebe weit und breit waltet, den Christus uns selbst gelehrt, da gibt es keine Sklaverei, keine Wildheit, keine Barbarei, dort blüht vielmehr die Milde der Sitten und von der Civilisation begleitete christliche Freiheit.

Schon hat eine größere Anzahl apostolischer Männer gleichsam wie die militärische Vorhut Christi jene Gegenden aufgesucht und dort für das Heil der Brüder nicht nur Schweiß vergossen, sondern auch das Leben hingegen. Indessen die Ernte ist groß und der Arbeiter sind wenige. Darum ist es nöthig, daß noch möglichst viele Andere, von demselben göttlichen Geiste getrieben, ohne Furcht vor Gefahr, Leiden und Mühen in jene Gegenden vordringen, wo jener schmachvolle Handel gepflogen wird, um den Eingeborenen die Lehre Christi im Verein mit der wahren Freiheit zu bringen.

Die Unternehmung eines so großen Werkes fordert nun aber seinem Umfang entsprechende Mittel, denn ohne ungemein großen Aufwand läßt sich nicht hinreichend für die Heranbildung von Missionen sorgen, für die weiten Reisen, den Hausbau, die Errichtung und Ausstattung von Gotteshäusern und andere Bedürfnisse dieser Art. Hierfür sind eine längere Reihe von Jahren die Kosten aufzubringen, bis die Verkündiger des Evangeliums dort, wo sie sich niedergelassen haben, aus eigenen Mitteln sich erhalten können. O, daß doch Unsere Kräfte ausreichten, um diese Last auf Uns zu nehmen! Aber die harte Bedrängniß, in der Wir leben, stellt sich der Erfüllung Unseres Wunsches entgegen und deßhalb richten Wir Unsere väterliche Stimme an dich, ehrwürdiger Bruder, die übrigen Priester und die sämtlichen Katholiken, und empfehlen ihrer Mildthätigkeit ein so heiliges und heilsames Werk. Möchten Alle Theil daran nehmen, wenn auch Jeder nur mit einem kleinen Beitrag, damit bei Vertheilung unter Alle die Last des Einzelnen leichter zu tragen sei und die Gnade Christi auf Alle sich ergieße, dessen Reich ja vertheidigt werden soll, und Allen Frieden, Vergebung der Sünden und alle guten Gaben verleihe.

Wir bestimmen daher, daß in jedem Jahre an dem Tage, wo überall das Geheimniß der Erscheinung des Herrn gefeiert wird, zur Unterstützung des gedachten Unternehmens Geld als Almosen gesammelt werde. Diesen Feiertag haben Wir vor allen anderen ausgewählt, weil an diesem Tage der Sohn Gottes zum ersten Mal den Völkern sich geoffenbart hat, indem er sich den Magiern zeigte, die aus diesem Grunde treffend von Unserm

*que primitiae.* Itaque bona spe nitimur fore, ut Christus Dominus permotus caritate et precibus filiorum, qui veritatis lucem acceperunt, revelatione divinitatis suae etiam miserrimam illam humani generis partem illustret, eamque a superstitionis coeno et aerumnosa conditione, in qua tamdiu abiecta et neglecta iacet, eripiat.

Placet autem Nobis, ut pecunia, praedicta die, collecta in ecclesiis et sacellis subiectis iurisdictioni tuae, Romam mittatur ad Sacrum Consilium Christiano nomini propagando. Huius porro munus erit partiendi eam pecuniam inter Missiones, quae *ad delendam potissimum servitutum* in Africae regionibus extant aut instituentur: cuius partitionis hic modus erit, ut pecunia profecta ex nationibus, quae suas habent catholicas missiones ad vindicandos in libertatem servos, ut memoravimus, istis missionibus sustentandis iuvandisque addicatur. Reliquam vero stipem idem Sacrum Consilium, cui earumdem missionum necessitates compertae sunt, inter egeniores prudenti iudicio partietur.

Equidem non ambigimus, quin vota Nostra pro infelicibus Afris concepta, benigne excipiat dives in misericordia Deus, ac tu Venerabilis Frater, ultro collaturus sis studium operamque tuam, ut ea expleantur cumulate. — Confidimus insuper, per hoc temporarium ac peculiare subsidium, quod fideles conferent ad inhumani commercii labem abolendam et sustentandos evangelii nuntios in locis ubi illud viget, nihil imminutum iri de liberalitate qua Catholicas missiones adiuvere solent collata stipe in Institutum quod Lugduni conditum a *propagatione fidei* nomen accepit. Salutare hoc opus, quod fidelium studii pridem commendavimus, hac nunc opportunitate oblata novo ornatus laudis testimonio, optantes ut late porrigat beneficentiam suam et laeta floreat prosperitate. Interim Tibi, Venerabilis Frater, Clero et fidelibus pastorali vigilantiae tuae commissis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XX Novembris anno MDCCCXC, Pontificatus Nostri decimo tertio.  
LEO PP. XIII.

Nr. 12110. An den Hochwürdigem Klerus der Erzdiöcese:

Wie aus obigem Rundschreiben entnommen werden wolle, hat Seine Heiligkeit, Papst Leo XIII. angeordnet, daß alljährlich am Feste der hl. drei Könige in allen Kirchen eine Collecte veranstaltet werde, deren Erträgniß zur Missionirung der heidnischen Länder und insbesondere zur Unterstützung der katholischen Missionen in Afrika verwendet werden soll. In Ausführung dieser oberhirtlichen Anordnung veranlassen wir die Hochwürdigem Seelsorger

Vorgänger, dem hl. Leo, die Erstlinge unserer Berufung und des Glaubens genannt worden sind. Wir leben daher der sicheren Hoffnung, daß Christus unser Herr, bewegt durch die Liebe und durch die Bitten seiner Kinder, die das Licht der Wahrheit angenommen haben, durch die Offenbarung seiner Gottheit auch jenen Theil der Menschheit erleuchte und ihn von dem Schmutze des Aberglaubens und aus der leidensvollen Lage, in der er so lange verachtet, und vergessen geschmächtet hat, befreie.

Wir wünschen, daß das am genannten Tage in den deiner Jurisdiction unterstehenden Kirchen und Kapellen gesammelte Geld nach Rom geschickt werde an das hl. Konsilium zur Verbreitung des christlichen Namens. Dessen Aufgabe wird es dann sein, das Geld unter die Missionen zu vertheilen, welche hauptsächlich zur Ausrottung der Sklaverei in Afrika bereits bestehen oder noch errichtet werden. Die Vertheilung wird in der Weise erfolgen, daß das Geld entsprechend den Nationen, unter denen es eingegangen ist, und welche ihre eigenen Missionen für die Sklavenbefreiung haben, auch zum Unterhalt und zur Unterstützung dieser Missionen verwendet werde. Den Rest der Almosen wird dasselbe heilige Konsilium auf Grund seiner Kenntniß der Bedürfnisse der Missionen nach bestem Ermessen unter die Bedürftigen vertheilen.

Wir sind nicht im Zweifel, daß Gott, an Barmherzigkeit so reich, Unsere Bitten für die unglücklichen Neger gütig aufnehmen wird, sowie daß du, ehrwürdiger Bruder, zu ihrer reichlichen Erfüllung es an deinem Eifer und deiner Thätigkeit nicht fehlen lassen wirst. Auch haben Wir das Vertrauen, daß unter dieser augenblicklichen Geldunterstützung, welche die Gläubigen darbringen zur Ausrottung des unmenschlichen Handels und zum Unterhalt der Boten des Evangeliums in den Gegenden, wo jener blüht, die Freigebigkeit nicht leiden werde, mit welcher sie stets die katholischen Missionen unterstützen, indem sie Beiträge leisten für das in Lyon unter dem Namen A *propagatione fidei* bestehende Institut. Diesem heilsamen Werk, welches Wir schon längst dem Eifer der Gläubigen empfohlen haben, spenden Wir bei dieser Gelegenheit neues Lob mit dem Wunsche, daß es seine wohlthätige Wirksamkeit weit ausbreite und reich sei an erfreulichen Erfolgen. Inzwischen ertheilen Wir dir, ehrwürdiger Bruder, und den deinem oberhirtlichen Schutze anvertrauten Gläubigen liebevoll den apostolischen Segen.

Gegeben zu Rom an St. Peter am 20. Nov. 1890, im 13. Jahre Unseres Pontificats. Papst Leo XIII.